



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XI. Die Ivlii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## XI. DIE IVLII.

P. PETRVS  
PEQVET.

Gallus 11.  
Iulij in a-  
gro Carpē-  
toratensi  
1591.

Confessariu.

Sacrum.

**O**Randi arte, ac singulari gratia  
eos adiuuandi quorum confes-  
siones audiebat præstans fuit;  
eorumque aliquos ad insignem virtutis  
eminientiam eduxit. Mors illum re-  
perit in officio hæroum inter obsequia  
charitatis apud peste contactos: quam  
posteaquam oppetit, scholastici ali-  
quot illum in sacrificiali ueste velut sa-  
crae operantem luce circumfusum  
pulcherrimam, semel ac iterum aspe-  
xere.

P. BERNARDVS  
AVBASIVS NOVITIVS.

Gallus A-  
ginnx 11.  
Iulij 1617.

**S**Vavis in illo morū indoles, ac ad se  
sibi in subigendum adeò generosa

emicuit, vt se planè peruerterit, siue  
imperium obtinuerit. In morbo quic-  
quid illi præbebat, amplas gratias  
reddebat. Per sex menses adeò se al-  
sueficerat sensim ad Dei vbiique præ-  
sentis recordationem, vt citra vim  
suaui facilitate, animo esset in Deum  
ferre semper intento. In morbo amara  
sensim sorbebat, vt solent gulosi dul-  
cia, & potionem à Pharmacopœo  
porrectam per ipsos 14. dies alacri vul-  
tu hauriebat, vsque dñm Medicus  
guſtata illā se nil æquè amarum gu-  
ſtasse vñquam profellus, damnauit  
Pharmacopœi seu ignorantiam, seu  
indiligentiam; atque id à Bernardo tam-  
diu tam hilariter hauriri potuisse, ne-  
que vñquam errorem illum ab eo  
manifestatum fuisse, cum summa ad-  
miratione laudauit.

Pref Dñs.

Patientia.

Mor tifex.

Patientia.

Confess. que.

tid.

C.C. 3

pian.

ii. Iulij Gal-  
lus Tolof  
1607. xrat.  
4o. Soc. 10.

Conf. gen.

**H**æreticorum ducentis plures  
paucos intra annos Ecclesiæ  
reddidit suâ illâ peritiâ, suauita-  
re, oratione æger ad confessionem ge-  
neralem elegit quem putabat peritis-  
simum, ac maximè idoneum. Cum  
inuiseretur, in lachrymas soluebatur,  
id vnum dolens acerbè, quod tempus,  
quod optimè poterat collocari, perdi-  
xè consumpsisset: cum tamen nota fue-

rit omnibus assiduitas viri, ac diligen-  
tia perattenta. Eminebat in ægio pa-  
tientiâ, mirabili silentio dissimulan-  
ter inuoluens dolores. Vnde curato-  
rem in admirationem rapuit pacatil-  
la eius quies, cum non sine magno  
comiſerationis sensu plagam in eo  
fœdam, & luculentam eamque totam  
exustam reperisset. A mente alienatus  
ad conscientiam expurgandam sibi  
quotidie reddebat tanto tempore  
quantum sufficiebat; item ad viati-  
cum, & extremam vñctionem sui sta-  
tim factus est compos: vti & si quid-